



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CCCLXI. Der Pfarrer Bromold zu Prenzlau gestattet die Stiftung eines
Altars in der Nikolaikirche, am 29. April 1320.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CCCLXI. Der Pfarrer Bromold zu Prenzlau gestattet die Stiftung eines Altars in der Nikolaiskirche, am 29. April 1320.

In nomine domini amen. Dominus vromoldus, plebanus in premlaw, recognosco per presentes et vniuersis cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, oraciones in cristo sempiternas. Iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, Hinc est, quod petrus et iohannes, fratres, dicti de clinckow, ciues ac burgenfes ciuitatis premlaw, pia moti deuocione ad culmen diuinum augmentandum supplicauerunt pro commodo et vtilitate suorum predecessorum et in remissionem suorum peccaminum, Quorum preces exaudiui et meam voluntatem adhibui cum consensu predictis ciuibus ac burgenfibus premlaw licenciaui erigere, confirruere et fundare altare vnum in ecclesia scilicet predicti domini vromoldi, plebani, et in loco sancti Nycolai predictae ciuitatis premlaw de certis redbitus perpetuis temporibus duraturum ad duas missas, Quarum vna debet fieri de mane infra primam missam eiuldem ecclesie predictae scilicet sancti Nycolai in ciuitate premlaw, reliqua vero infra summam missam, in quo cottidiana fiunt obsequia dei. Istis peractis interfuerunt Dominus iohannes, capellanus domine marchionisse, Dominus iohannes de ros-low, plebanus in strateborch, Dominus sanderus de wuluefhagen et plebanus in dedelow et alii. Ne alicui dubium inde oriatur seu in euidentiam omnium premissozum presentem paginam exinde confectam dedi et munimine mei sigilli feci communiri. Data sunt hec sub annis domini M^o CCC^o XX^o, feria tertia proxima ante festum beatorum apostolorum philippi et iacobi, in ciuitate premlaw.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchiues.

CCCLXII. Das Nonnenkloster der Neustadt Prenzlau nimmt den Rath in die Gemeinschaft an seinen geistlichen Verdiensten auf, am 28. April 1322.

Viris Honestis, Laude dignissimis Dominis Consulibus premlaw ciuitatis Margareta, abbatissa, Margareta, priorissa, totusque couentus sanctimonialium noue ciuitatis iam predictae suarum orationum incrementum cum assidua deprecatione ad dominum Jesum Christum pro eisdem. Quia Cristus Jesus veniens in hunc mundum genus humanum per preuaricationem primorum parentum dyabolice potestati subiectum sua passione redimere attemptauit, ut compleuit, Exemplum in filios adoptionis post eius gloriosam ascensionem relinquens, Vt quod quilibet sui exempli fidelis imitator propriis orationibus, vigiliis adipisci non poterit et ieiuniis, adiutus operibus aliorum perfectius consequatur, Vt in libro machabeorum plenius continetur, vbi dicitur: Vir fortissimus iudas collatione facta et cetera, vbi sequitur, Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluamur. Et cum nemo sibi sufficit, sed alterius auxilio indiget, et ipsius suffragio subleuetur; Hinc est, quod cum vos cognouimus nostre salutis terrene portum tutissimum, precipuos benefactores et post deum refugium singulare, sub quorum umbra protectionis, sicut pulli sub alis gal-